

Geschichte der Grundherrschaft Echternach im Frühmittelalter (Ed. Wampach) Nr. 74

In Dei nomine. Ego Rethor et uxor mea Uoda donamus res nostras in pago Muslensi in loco qui dicitur Lendingen, et quicquid nobis ibidem de antecessoribus nostris obvenit, donamus ad monasterium Epternacum, quod est constructum in honore sancte Trinitatis et sancti Petri, ubi ipse dompnus Willibrordus corpore requiescit, id est tam terris, pratis, pascuis, campis, mansis, silvis, edificiis, mancipiis utriusque sexus, aquis aquarumve decursibus et quicquid ibi visi sumus habere. Si quis vero de heredibus nostris – ut supra. Actum anno IIII regnante Karolo rege.